

Kard. Juan de Carvajal an Kard. Basilio Bessarion. Er verurteilt das an NvK begangene Verbrechen und bittet Bessarion, eine kaiserliche Gesandtschaft zur Befreiung des NvK anzuregen. Die Kosten werde er erstatten.

Kopie (gleichzeitig): BERNKASTEL-KUES, *StB, Cod. Cus. 221 p. 214*. Über dem Text: Copia littere cardinalis sancti Angeli ad dominum Nicenum.

Em.: Jäger, *Streit II 50*; Meuthen, *Die letzten Jahre 104, 285 Anm. 1 (mit Auszug)*; Baum, *Sigmund der Münzreiche 189*.

Re^{mc} in Christo pater et domine, domine mi singularissime. Post humilem recommendacionem. Ex acerbissima ulcione divina cognoscetur magnitudo criminis in dominum meum re^{num} cardinalem sancti Petri commissi. Ira dei expiabit hoc delictum, quia super terram non est, qui <non> doleat vicem Christi et sancti sui sacerdocii. Illi, a quibus expectabatur auxilium contra persecutores ecclesie et sacerdocii, principales sacerdocii persequuntur. Michi et aliis compacien[s] est, quibus deus non dedit tantum 5 donum, sicut ipsi re^{mo} domino sancti Petri, cui multum congratulandum est, quod coronam martirii adeptus sit, quia inpavidus pro defensione gregis sui et libertatis ecclesie lupis obvi[am] venit. Ipse, pro quo pugnavit, liberabit eum, sed cooperandum est. Quare ego supplico p. v. re^{mc}, non quod eam moveam ad illud, quod supplico, quia scio eam esse concitatissimam, ut imperialem maiestatem inducat, ut intendat liberacioni re^{mi} d. mei. Nec est neccessarium pluribus verbis uti nec occurrunt verba apta, sed 10 lamentaciones. Paternitas v. r. est in loco, ubi potest prodesse¹⁾ et scit, quibus modis scribi litteras ad aliquos dominos Alamanie, serenissimo imperatori et aliis. Supplico p. v. r. inter alia, quod procuret per imperialem maiestatem aliquos notabiles viros pro liberacione ipsius domini mei mittere.²⁾ Et quia forte propter defectum expensarum posset hoc retardari, dignemini v. r. p. offerre expensas, quia per presentes promitto vestre p. r. illas solvere vel ibi vel Veneciis, secundum quod v. r. p. ordinaverit. Non vado 15 personaliter non propter Turchos, licet sint in propinquo, ut ex interclusis videbitur v. r. p., sed quia il[li] displicebo et non relevabo dominum et non permittere ibi secundum ea, que intelligo. Vestra r. p. sicut pius pater faciat pro filio suo et servitore omnia, que humanitus fieri possunt, quod ego humiliter supplico eidem v. p., quam deus conservet. Ex Buda sexta junii 1460.

E. v. r. p.

humilis servitor cardinalis sancti Angeli. 20

¹⁾ Bessarion hielt sich vom Mai 1460 bis zum September 1461 in Wien und Umgebung auf und nahm dort an einer Reichsversammlung teil; s. Meuthen, *Zum Itinerar 333*; Enepekides, *Wiener Legation 69*; C. Märkl, *Kardinal Bessarion als Legat im Deutschen Reich (1460/1461)*, in: C. Kaiser/C. Märkl/T. Ricklin (Hg.), *Inter graecos latinissimus, inter latinos graecissimus: Bessarion zwischen den Kulturen (Pluralisierung und Autorität 39)*, Berlin 2013, 123-150. Künftig RTA XX.

²⁾ Offenbar ging Carvajal in Buda, wo er als Legat weilte, noch davon aus, dass NvK sich weiterhin in der Hand Hz. Sigismunds befand. Der Brief zeugt von einem beginnenden Märtyrerkult um NvK.